



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

Caussa formalis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

principales sunt, *Filius Dei præsens in corde Ios.* Gen: 39.  
*Ioseph ostendens verbo legis & promissionum Ios.*  
*Ioseph voluntatem æterni patris, & simul accen-*  
*dens Spiritu sancto cor eius, ut repugnaret incen-*  
*sati. Deinde & ipsa mens Ioseph assentiens vero*  
*Dei, & voluntas libera gubernantis locomo-*  
*tuum & externa membra. Eodem modo in cetero*  
*pis cogitentur caussæ efficientes.*

### Materia in qua.

*Anima hominis est subiectum, quæ est dominium*  
*Dei, & facultati cognoscendi coniunctum*  
*est cerebrum. Voluntate autem cor oportet cono-*  
*nuntum esse, ut pariter in voluntate & corde*  
*motus mansuetudinis sentitur. Ac nisi aliqua sit*  
*cordis & voluntatis copulatio, non existit vera*  
*virtus, sed simulatio. Et sæpe motus cordis con-*  
*versus legi, rapit secum iudicium, ut equus indos-*  
*minus sessorem. Officit etiam iudicio langues-*  
*sio cerebri, quæ oritur ab intemperantia, ut in*  
*precautione cor non potest ardere, cum turbatur*  
*mentis dolore cerebri, qui à fumis oritur turo-*  
*bantibus spiritus, & lœdentibus cerebrum.*

### Cauſa formalis. honestas. sic uixi, turpitu

*Cum de actionibus loquimur, ipsa actio forma*  
*est, videlicet motus voluntatis et cordis obtempe-*  
*ranti recto iudicio, ut ipsa moderatio iracundia in*

D 2 Davi

b.1. Reg. cap. 2. *Dauide parcente Sauli est forma.* Sic cum de  
habicibus loquimur, firma inclinatio in voluntate & corde, est forma. Cum autem à formaliter  
ja rectissimæ definitiones sumantur, appetit definitionem supra recitatam, propriam esse. Virtus est obedientia, quia voluntas & inferiora  
potentia obtemperent Deo.

### Causa finalis.

*V*sitatum est in Philosophia dicere, virtutem sibi ipsi finem esse, nec principaliter expetendam esse propter aliud, sed rectius est etiam secundum rationem addere alium potiorem finem, scilicet, ut propter Deum expetatur virtus. Ioseph ab aliena abstinet, ut Deo odedit, & scandulo polluat professionem &c. Ac tenenda est doctrina communis, de discrimine finium. Posunt esse multi fines unius rei, sed ordinatim principales, alijs minus principales. Principaliter expetenda est virtus propter Deum, sed postea etiam propter præmia æterna & praesentia, quia certissimum est, atrocæ delicta atrocibus puni in hac vita puniri. Jacob inquit: Si Dominus deridet mihi panem & aquam, erit mihi Dominus in Deum, & hic lapis erit domus Dei.

*Quanquam in hoc dicto conditionalis addita, non significat finem vel mercedem, sed significat possibilitatem & modum, id est, Si vivam, in hoc loco*